et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusdem Termini semper perem-
ptorii Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Succorum, Legatione
intra Vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem
Vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad Directorem Utriusque officij praefati Castrensis Capitaneatus Premysl-
liensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appel-
lationes, ac earum prosequtiones faciendo, atque omissa omnia per unit
simplicibus Vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalijsque
Iuris, protectione Terri, bello, Conventione, Vel alijs quibusvis Iuris remedijs
et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis evadendo. Hac praesenti
personali Recognitione ad omissa omnia mediante.

Koblanski atque Ilnickie Conquaes mutuo sese de Intercisa Quietant.

Comparentes personaliter Coram officio, Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatibus
Premysliensibus Nobiles Iacko Koblanski Ratkowicz ab Una, et Ste-
phanus Ilnicki Nobilis Nicolai Szewcowicz Ilnicki Filius, atque Ma-
rina Lozanska eiusdem Nobilis Stephani Ilnicki Consors Coniuges legitimi
ab altera partibus, Sani mentibus et Corporibus existentes à Terris
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et
Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Iuris-
dictioni quoad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, bonisque suis
genitis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam,
libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim
suo pro interesse recognovit: Quia ipsi, et quidem Nobilis Stephanus
Ilnicki suo et praefati Nobilis Nicolai Ilnicki Patris sui Recognitis
pro cuius ratihabitione cavet, ac se praesentibus inscribit nomine se
se mutuo et invicem posterosque suos de Intercisa certa inter se Reco-
gnoscentes et praedictum Nobilem Nicolaum Ilnicki Parentem Unius
Recognitorum Nobilis Stephani Ilnicki ratione Certarum rerum et
Conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius

5.

libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem Nobilis Marina Łozanska praefati Nobilis Stephani Jnicki Czerncowic Consors, suo et Nobilis ac Religiosa Anna Łozanska pro tunc in Monasterio Ritus Graeci existens, praefati Nobilis Hrehorij Łozanski cum Nobili olim Radyłowska procreata filia, sui Recognitis sororis Uterinae cuius rathihabitione cavet, ac se praesentibus cum eodem supposito maritoso inscribit nomine: Bona sua propria, et eiusdem Religiosae Annae Kirnicka in eandem Jure successionali, seu alio quovis devoluta, nempe sortem suam et praedictae sororis Uterinae Unius Recognatium nempe Nobilis Marinae Jnicka post fata praedicti olim Nobilis Hrehorij Łozanski, Parentis eiusdem Jnicka et praedictae Kirnicka Jure naturali successionis inter alios Consuccessores suos devoluta in bonis Villae Łozania Terra et Districtu praesenti Premisliensi consistentem: Cum omni Dominio iure, dominio, et proprietate titulo obligatorio omnibusque et singulis sortis praefatae et bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, sylvis, hortis, pomerijs, stagnis, fluvijs, fluminibus, piscinis, magnis, et parvis, torrentibus, Rivis, rivulis, aquarum decursibus, nemoribus, indaginibus, Veprebus, subditis, hortulanis, Inquilinis, eorumque laboribus, dationibus, Censibus, munijs, officijs, Ceterisque attinentijs et pertinentijs generaliter Universis: Nihil ex omnibus Juris, dominij ac cuiusuis Competentiae et praerogativae pro se Recognitibus, suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo, Verum in valore, longe, circumferentia latereque quae praefata bona sortis memoratae in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et extenduntur et prout ipsimet Recognites eadem tenuerunt, habuerunt, et possidebant, ipsosque Concernebant, ac eisdem serviebant: Jam ex nunc et de facto Nobilibus Alexandro Koblanski Raszkowic et Marinae Baczynska Coniugibus legitimis et eorum posteris in summa Octingentorum florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicis computando uni ex nunc

perse Recognoscentes de manibus eorundem Nobilium Koblanski Conjugum
levata, percepta et numerata hinc et a die et festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli nunc imminentis ad Triennium proxime et immediate tunc
Venturum pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese
determinans, et in defectu protunc Exemptionis bonorum eorundem, Sum
mae praefatae totius et integrae Octingentorum florenorum polonorum persolutionis
extunc de Anno ad Annum festo ad festum Annis et festis sese continue et
immediate sequentibus, usque ad Exemptionem bonorum praefatorum Summaeque
suprascriptae Octingentorum florenorum polonorum totalis et integrae realem perso=
lutionem obligaverunt inscripserunt et invadiaverunt, prout obligant
inscribunt, et invadiant praesentibus. Ingressus quidem bona suprascripta praesentibus
obligata iidem Recognoscentes Nobiles Ilnickie Conjuges memoratis Nobilibus Ko=
blanskim Conjugibus, eorumque posteris dant et admittunt coram officio praesenti
realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque
comperentem et Nobiles duos die quacunque voluerint apprehendendam. Per ipsos
Nobiles Koblanskie Conjuges eorumque posteros haec eadem bona praesentibus
obligata cum suis utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possiden
disque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumque successorum quosvis
beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi modo, ac
titulo obligatorio. Debebuntque et tenebuntur memorati Recognoscentes Nobiles
Ilnickie Conjuges, ut seque ac suos successores in et super bonis suis
gentis omnibus summisque pecuniis quibusvis habitis et habendis suprascriptis
Nobilibus Koblanskim Conjugibus inscribunt et obligant praesentibus
ipsos et eorum Successores in dictis bonis praesentibus obligatis et ratione eorum
ab omni et qualibet impetitione iuridica quarumcunque personarum
cuiusvis conditionis, Statusque, et Sexus cuiusvis existentium eorum
in omni Judicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit
tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnesque
cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praesentibus perse
Recognoscentes obligata et invadiata ab omnibus in genere Summis
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus in eadem bona praesentibus
obligata cuiusvis personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam

a quibusvis litibus super eadem bona praesentibus obligata modo quocunque importatis et importandis, lucris denique et perlucris, quaestionibus, litibus quibusvis in quocunque numero et gradu iuris dependentibus in quovis iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis bonis praesentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus obligatorum dum per Ministerialem comparendum et Nobiles duos offorse requiretur non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare et effectualiter admittere: dataque et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium modo quovis tempore, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec admittere ipsosque obligatarios suos nullo modo iniuriari, ita ut praemissa bona praesentibus obligata iidem obligatarii sui cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae vigore tenere, habere et possidere queant et possint modo articulo obligationis: idque sub Vadio similis Summae Octingentorum florenorum polonicalium per eosdem Recognoscentes Nobiles Strzelickie Coniuges aut eorum posteros, suprafatis Nobilibus Koblenskiem Coniugibus sive ipsorum successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto, quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit adsolvendo succumbendo. Nihilominus suprascripti Nobiles Stephanus Strzelicki Czerncowic atque Marina Sożanska Coniuges legitimi debebunt et tenebuntur pro se, ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis mentionatis Nobilibus Alexandro Koblanski Rasskowic, et Marinae Baczynska Coniugibus legitimis, et ipsorum posteris inscribunt et obligant praesentibus, Generosam Nobilem ac Religiosam Annam Kirnicka, Vel in eventu mortis successores ipsius cum assistentia superiorum ipsius ad approbandam seu ipsam Inscriptionem praesentem obligatoriam, Vel similem suo per interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis habentia intra decursum duodecim Septimanarum statuere et personaliter adducere, ab eaque Vel ipsius posteris ut praemissa exequantur efficere: idque sub simili et speciali Vadio Octingentorum florenorum polonicalium ob non statutionem mentionatae Religiosae Annae Kirnicka Vel in eventu mortis successorum ipsius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius

expressis ad soluend succumbendo: quibus quidem Vadio Vel Vadijs modo promisso ad soluend succubitis, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citati eaetes innati Recognites Nobiles Stephanus Ilnicki Czerncowicz atque Marina Lożanska Coniuges legitimi Vel eorum posteri ad instantiam Nobilium Alexandri Koblanski Rabkowic et Mariae Baczynska Coniugum legitimorum Vel ipsis posterorum ad Officium praesens Castren Capitaneale Praemysliense, extunc recessu supposito, quod ad rendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, rendere, Vadium Vel Vadia praefata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac successores suos ad eadem omnia inscribunt et obligant, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusque Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori, minorennitate succorum, legationis intra Vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Directionem Oblationis proximos officij praefati Castren Premyslien Terminos dilationem ibi non recipiendo, nullisque Motiones, Appellationes, ac earum prosequtiones faciendo, ac promissa omnia probationis simplicibus Vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, proscriptione Terrarum, bello, Conventioneque, ac alijs quibusuis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad promissa omnia et singula mediante.

Ilnicki Consorti suae. Debet.

Comparens personaliter Coram Officio, Actisque praesentibus Castren Capitanealibus Praemyslien Nobilis Stephanus Ilnicki Czerncowicz Nobilis Nicolai Ilnicki Czerncowicz cum Nobili Marusbia Komarnicka procreatus filius sanus mente et Corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedens praesenti Vero Castren Capitaneali Praemyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum Successoribus